UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianae, 1661

2 Pro patrociniis non quærat munera clerus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62953

Visual Library

NEc is qui invitus aliquod fecerit homicidium, extra miniſterium eſt. Siquidem lex ait *a* de eo: [Quia Deus dedit eum in manus ejus.] Manus ergo ejus, inſtrumenti modo, divinæ ultioni miniſterium præbuerunt. Levites igitur miniſter remiſſionis eſt. Percuſſor autem, qui tamen non ex diſpoſitione, ſed præter voluntatem fecerit homicidium, divinæ miniſter eſt ultionis. ¶ Illud quoque ſpecta, quia cùm interficitur impius, Chriſtus infunditur, & ubi abominatio aboletur, ſanctificatio conſecratur 1; quia Dominus dixit: *b* [In ea die, qua interfecero omne primogenitum Ægypti, ſanctificabo mihi omne primogenitum Iſraël.] Quod non ad unum diem afflictionis Ægypti referes, ſed ad omne tempus 2.

1 ¶ Conſecratur] *Apud B. Ambroſium legitur,* congregatur.

2 ¶ Omne tempus] *Poſt hæc in originali ſequitur c. cùm renuntiatur. infra 32. q. 1.*

Cùm itaq; qui invitus hominem interfecerit, miniſter Dei ſit; cùm innocentem furore perimens, morti nequaquam obnoxius ſit; cùm ſubitò dementes, eorum, quæ faciunt, reatum minimè geſtent, patet hunc ſacerdotem homicidii reum non eſſe: unde nec ſacerdotio privari debet.

Objicitur autem illud, quod eſt in pœnitentiali Theodori *c.*

C. XII. ¶ *In ſe reverſus pœnitentiam agat, qui inſaniens aliquem occidit.*

I. SI *d* quis inſaniens aliquem occiderit, ſi ad ſanã mentem pervenerit, levior ei pœnitentia imponenda eſt.

¶ *In concilio Vormacienſi, & apud Burchardum, & Ivonem hæc conſequuntur,* quàm ei, qui ſana mente tale quid commiſerit.

Sed hoc fortè de eo intelligitur, quem propria culpa ad furorem perduxit. ¶ *Item objicitur. Sunt quædam, quæ etſi non imputentur ad pœnam, tamen impediunt ſacramenti ſignaculum. Ambitio namq; parentum filio non imputatur ad pœnam: cui tamen obeſt ad eccleſiæ munus accipiendum. Sic quæ mente aliena fiunt, etſi non imputentur ad pœnam, tamen ſacri muneris executionem impediunt.*

C. XIII. ¶ *Innocens eſt, qui non iratus, ſed propter diſciplinam caſu aliquem interfecit.*

Unde Hieronymus *ait.* e

II. SI quis non iratus, ſed propter diſciplinam, palmam alicui dederit, & eventu occiderit, ſicut fieri ſolet, quantum ad gratiam, innocens eſt: quia voluntatem, non opus requirit. Quantum autem ad legem, reus eſt: quia opera requirit. ¶ Item ſi *f* in perſecutione virgo fuerit oppreſſa, repellitur lege: quia opus inſpicit, non voluntatem: in gratia autem quaſi virgo ſuſcipitur: quia non opera quærit, ſed voluntatem.

¶ *Verba hujus capitis uſq; ad verſ.* Item ſi in perſecutione, *leguntur in homil. 28. operis imperfecti, ad c. 11. Matthæi. Reliqua autem & ferè eadem ibi leguntur, & ſimillima in com. B. Hieronymi in idem 11. cap. Matth. Ipſa autem prorſus B. Hieronymi verba referuntur infrà 32. q. 5. c. de pudicitia. verſ. finge.*

Sicut ergo qui propter diſciplinam caſu homicidium facit, quantum ad legem reus eſt, quantum ad gratiam innocens: ſic iſte ſacerdos, qui furore homicidium fecit, quantum ad culpam innocens eſt, quantum ad ſuſcepti muneris executionem reus probatur. ¶ *His ita reſpondetur. Non omnia quæ ordinandum impediunt, ordinatum dejiciunt.* ¶ *Non enim poteſt ad ſacerdotium provehi, qui aliquando inſanivit. Veruntamen ſi poſt ſacerdotium furere cœperit, non ideò ſacerdotio carebit: niſi fortè nunquam ad ſanæ mentis officium illum redire contingat.* ¶ *Sicut* g *de quodam Epiſcopo Gregorius ſcribit in regeſto ad Eleutherium Epiſcopum.* [*Quamvis triſte ſit vobis, &c.*] *ut ſ...* *in cauſa.* [*Longa invaletudine gravatus.*]

a *Exod. 21. Deut. 19.* b *Num. 3.* c *In conc. Vormacien. c. 28.* d *Burch. l. 6. c. 25. Ivo p. 10. c. 154.* e *Auctor operis imperf. in Matthæum, hom. 28.* f *32. q. 5. de pudicitia.* g *7. 1. quamvis.*

QVÆSTIO II.

PRo *impenſis verò patrociniis* in Tarraconenſi conc... *clerici exigere munera prohibentur: in quo ſic ſtatutum ...gitur, c. 10.*

C. I. ¶ *Pro patrociniis impenſis clericus munera exigere non debet.*

OBſervandum quoque decrevimus, ne quis ſacer... tum vel clericorum, more ſæcularium judicum, ... impenſis patrociniis munera audeat accipere *a*, niſi ... tè in eccleſiis gratuitò oblata: quæ non favore mune... videantur accepta, ſed collatione devotionis illata. Qu... ſi quis iſta *b* probatur accipere, veluti exactor ... aut uſurarum poſſeſſor, ſecundùm ſtatuta patrum ... verit degradandum.

Hoc autem de illis intelligendum eſt, qui canonicam ... feſſi, regulariter ſe victuros propoſuerunt. Generali namq; ... conſuetudine receptum eſt, & moribus approbatum, ut cleric... re ad vocatorum patrocinia impendant, & pro impendendis mun... exigant, & pro impenſis ſuſcipiant.

QVÆSTIO III.

TErtiò *quæritur, an ex mulieris confeſſione iſte ſit condem...dus. In quo primò videndum eſt, an mulier ſacer... accuſare valeat. Quod ſacris canonibus ... eſſe prohibitum. Generaliter* c *enim ſtatutum eſt ex decr... biani Papæ, ut ſacerdotes Domini non accuſent, nec in eos ... centur, qui ſui ordinis non ſunt, nec eſſe poſſunt. Mulieres autem ... ſolùm ad ſacerdotium, ſed nec etiam ad diaconatum prom... ſunt. Unde nec ſacerdotes accuſare, nec in eos teſtificari ... gibus quoq; cautum eſt, ut ob verecundiam ſui ſexus mulier ... pratorem pro alio non intercedat: niſi fortè ſuas, vel ſuorum ... rias perſequi voluerit. Hæc* d *autem, quæ nec ſuas, ... injurias perſequitur, ad hanc accuſationem admitti non ... contrà qui judicis perſonam gerere valet, ab accuſatione ... removetur. Mulieres autem in vetere teſtamento ... caſſe, quicumq; librum Judicum legerit, ignorare non poteſt. ... itaq; ab accuſatione removeri poſſunt, quas etiam judic... frequenter geſſiſſe conſtat: nec ulla ſerie divinarum ſcript... ab accuſatione prohibentur.* ¶ *His ita reſpondetur. In ... ge* e *multa permittebantur, quæ hodie perfectione grat... ſunt. Cùm enim mulieribus olim permitteretur populum ... hodie pro peccato, quod mulier induxit, ab Apoſtolo* f *... verecundari, viro ſubditas eſſe, in ſignum ſubjectionis velamen ... habere. Quæ ergo his omnibus viro ſubjecta eſſe oſtenditur, ... alio poſtulare non conceditur, ad accuſationem admittenda ... detur. Econtrà, quamquam paſſim & indifferenter ad ... nem mulier non admittatur, ſunt tamen quædam crimina, ... accuſationem mulier ſubire non prohibetur.*

C. I.

¶ *Unde* in libro codicis nono, *tit. 1. le. 12. Imp. Diocletianus ſcribit,* g *dicens.*

DE crimine quod publicorum fuerit judiciorum, ... lieri accuſare non permittitur, niſi certis ex ca... id eſt, ſi ſuam, ſuorumque perſequatur injuriam ... dùm antiqui *h* juris ſtatuta tantùm, de quibus ... liter eis conceſſum eſt, non exacta ſubſcriptione. ... aditus præſes provinciæ inprimis examinabit, an ... ſit crimen, cujus accuſationem mulier ſubire non ... beatur.

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus ab initio quæſtionis, ... cap. ſanè, nulla eſt diſtinctio capitulorum.*

a *al. exigere.* b *al. ita.* c *2. q. 7. ſicut ...* d *ff. de reg. jur. l. fœmina.* e *Jud. 4.* f *Eph. 5.* g ... *qui accuſare non poſſunt.* h *al. antiquitus ſtatuta.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN